

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De pugna ea, quæ est inter spiritum & carnem. 74.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](#)

S A C R A

inquit, impi^o consolationes querit in rebus aduersis, quibus in tract. in firmior fiat. Ac rursum alio loco psal. 85.

*Lib. 3.
cap. 4.* Quocunque cor se conuerteret in terrenis rebus, amaritudinem inuenit. Vnde dulcescat non habet, nisi se leuer ad Deum. Atque h̄ic in mentem mihi subit, quod scribit Orosius ad depellendam pestilentiam olim Romanos p̄tifices suassisse, ut ludi scenici di expetentibus ederentur. Ita, inquit, pro depellenda temporali peste, corporū accersitus est perpetuus morbus animarum.

De pugna ea, quæ est inter spiritum & carnem.

74.

CVm trahit infirmus plaustrum bos iunctus obf
Rumpitur, aut varia cogitur ire via.
Quām miser est animi nexus carnisque rebellis!
Ille lenis, grauis h̄ec, atque subinde ruens.
Vt Zephyrus, sic mea mens ad littora ducit:

At caro me remoræ perfida more tenet.

Quonam ergo hoc monstrum censeri nomine debet?

Centaurus dici, tragelaphusque potest.

SCHOLIA.

Cum trahit infirmus) Piorum nullus est, qui non molestissimā hāc pugnam in seipso experiatur, ac sāpenumero deploret. Paul⁹ certe tristes ob eam causam plerisque locis querelas edit. Atq; hoc argumentum ex professo tractauit Gregorius Palamas Thessalonicensis Archiepiscop⁹ in priore sua Oratione, vbi animā inducit corpus accusantē, tanquā omnium suarū calamitatū fontem.

At caro me remoræ) Remoram e- In pre- leganter Greg. Nazianzenus in cep. ad poëticis opusculis carnē appellat, quod ut remora nauium cursum reprimit, ita ea etiam animā ad vitam æternā omni studio ac diligentia tendentem, pro virib⁹

S A C R A

remorari atque inhibere soleat

Centaurus dici) Centaurum Po-

tæ singunt ex duabus perquam

contrariis naturis conflatum e-

se. Superiores enim partes homi-

nis habere, inferiores equi. Quod

Stroma. quidem Clementem Alexadrini

inpulit, ut hominem ita appelle-

rit, quia ex anima ratione prædi-

ta, & corpore rationis experie-

stet. Eodemque modo Tragel-

phus, ut nomen ipsum indicat,

nimal est, ex hirco & ceruo co-

Iob. 39. flatum, cuius & apud Iob (iuxta

Septuaginta interpretum versio-

Deut. 14 nem) & in Deuteronomio me-

tio. Itaque Augustinus hoc ani-

mal, qua parte ceruus est, men-

significare ait, legi Dei secundum in-

teriorē hominē seruientem: quia

autē parte hircus est, videt alterius

legē repugnantē legi mentis suae

& captiuatē eū legi peccati. Id a-

tē eō dicit vir eruditissimus, quia
ceruus mira ac singulari pedum
leuitate præditus est, hircus au-
tem ad libidinem pronus est, in-
gratiq; odoris. At verò impij Se-
ueriani ut refert Epih. h̄er. 45. ho-
minem partim Dei esse, partim
diaboli, contendebant: Dei nimi-
tum ab vmbilico sursum, diaboli
autem ab inferioribus partibus.

Calamitates nobis à Deo
vtilitatis nostræ cau-
sa immitti.

75.

Cum nimium paribus cernit colludere natum,
Quinam uti genitor callidus arte solet?
Protinus horribilem seruos assumere larvam,
Verbaque terroris fundere plena iubet.
Sic sibi preferri Christus cum gaudia mundi
Perspicit, horrendis utitur ipse minis.
Non vibrare sui cupiat quod tela furorii:
Verum ad eum ut redeat mens tremefacta metu.

SCHOLIA.

Hom. IO

Cum nimium paribus) Huiuscē de dixer̄